

das aprilis a Sigifrido ep̄o in regem vngitur . Post hec inter  
 Heinricum regem et Rudolffum bellum geritur iuxta fluuiū  
 ellestrum . in quo idem Rudolff⁹ cecidit . sed a suis meresburg  
 viuus delatus . et in breui defunctus honorifice ibidem est hu/  
 matus . Fertur aut̄ in extremis positus & abscisam dexterā in  
 tuitus . ad ep̄os qui forte aderant graui⁹ suspirans dixisse Ecce  
 hec est manus qua dño meo heinrico fidem sacramēto firmaui  
 ecce ego iam eius regnū et vitam derelinquo p̄sentē . videte qui  
 me solium eius conscendere fecistis . vtinā recta via v̄ra monita  
 sequētē duxissetis . Anno dom̄i millesimo lxxxiiii . Heinric⁹  
 natale dom̄i rome apud sanctū Petrum celebrauit . circa kalen/  
 das . iii . februarii in Campaniam transiens . ip̄am et magnā ptē  
 Apulie cepit . Post hec p̄ legatos romanoꝝ rogat⁹ vt pacific⁹  
 rediret . Romam rediit . & ad portam lateranēsem castra ponēs  
 omēs dedicōnes accepit . ip̄isq; petētib⁹ vt quia Hilteprandus  
 ab ipsis abdicatus aufugerat Vigpertum rauēnatem ep̄m eis  
 apostolicū p̄ficeret . xi . kal . aprilis . feria sexta añ diem palmarū  
 multis stipat⁹ cū magna gloria intrauit . ducens secum p̄dictū  
 ep̄m . Qui sequēti dom̄ica p̄ multos p̄tiffices apostolico nom̄i  
 dicatus . nomēq; Clemētis accipiens reuerēter est intronizat⁹  
 A quo rex cum regina Berchta in sancta dom̄ica pasce impiali  
 benedictōe sublimatus est . Post hec imperator Heinric⁹ de yta  
 lia digrediens Augustam ciuitatem ab alamānis inuasam obse/  
 dit et accepit . Anno dom̄i millesimo . lxxxviii . Berchta impera  
 trix obiit et Spyre sepulta est . Augusta vrbs insidiis fueuorū  
 in cena dom̄i capta . secūda feria pasche destruitur . & Sigifrid⁹  
 eiusdem vrbs ep̄s custodie mancipatur . Vigaldus vere inua/  
 for eiusdem ecclesie intra paucos dies moritur . Anno dom̄i mi/  
 lesimo nonagesimonono Heinricus impator natale dñi Colo  
 nie celebrauit . In ephiphania vero Aquisgrani filium suū iuni  
 orem heinricum quintū regē fecit . reprobato maiore filio suo  
 Conrado quem pri⁹ coronauit . Anno dom̄i millesimo cētesī/  
 mo quinto . dum imperator heinricus natalem dom̄i maguncie  
 celebrat Heinricus filius eius nominis illius quint⁹ rex dict⁹  
 rebellionem aduersus patrē in bauaria parat . machinantib⁹ sc̄  
 Dyeboldo marchione . Berengero comite . & Ottone quodam  
 nobili viro . sibiq; materno stirpe cognato . quorum consilio  
 et adiutorio ante paucos dies a patris latore discesserat . Primo

f. ag. or. v. r. b. r. c. r.  
 v. d. ff. 9

160. 9. 49